



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Monetarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 3 Thurificatio cum triplici ductu conuenit vni tantum, & digniori, id est Episcopo. *ead. 11. Decemb. 1604. 11. Noveemb. 1614.*
- 4 Absente Episcopo, thurificatur celebrans triplici ductu. *eadem 9. Maij. 1606. 30. Jan. 1616.*
- 5 Vicarius Generalis sedens in Choro supra Canonicos duplici ductu, non triplici, si tamen non sit Praelatus. *ead. 14. Ianuar. 1617.*
- 6 Dignitatibus, & Canonicis cathedralium, & collegiarum in suis Ecclesijs duplici ductu fit incensatio; ceteris de choro vnico ductu. *ead. 9. Maij. 1606. 30. Ianuar. 1616.*
- 7 Nisi Portionarij, & alij in omnibus, & per omnia æquiparentur Canonicis. *ead. 21. Mart. 1615.*
- 8 Magistratus æque ac Canonici post eos æquis ductibus incensatur. *ead. 10. Jun. 1600.*
- 9 Et hoc in omnibus Ecclesijs, vbi conueniunt Canonici Cathedralis, & Magistratus. *ead. 16. Jun. 1607.*
- 10 Nec non Canonici collegiatæ ante Gubernatorem, & officiales. *ead. 28. Iun. 1618.*
- 11 Semper tota thurificatio facienda est cum vnico thuribulo. *ead. 21. Julij. 1618.*
- 12 Neque probatur duorum vñus in incensatione personarum. *ead. 15. Mart. 1608.*

Monetarij.

- 1 AD Ordinarios locorum, vbi non est Legatus, vel Prolegatus, spectat cognitio causæ monetariorum ecclesiasticorum, etiam Regularium Vrbani. VIII. Anno 1627.*
- 2 Et ad vicinorem Ordinarium, si locus delinquentis est exemptus. *ibid.*
- 3 Aureas & argenteas monetas tondentes, fabricantes, colorantes, adulterantes, erogantes, sacerdoti Curia tradantur. *ibid.*
- 4 Detinentes, transferentes, instrumenta, opem, materiam præstantes, triremium decennali pena puniantur. *ibid.*
- 5 Impedientes, ne procedatur, priuantur eo ipso beneficijs, officijs, cum inhabitatione, amissione vocis actiæ,

- & passiuæ, excommunicantur. *ibid.*
- 6 Tenentur omnes consignare acta, & scripturas requisiti à prædictis. *ibid.*

Monialium Monasteria.

- 1 NOua ne erigantur, quibus ad minus 300. scutorum redditus annuus non assignetur pro duodecim sustentandis. Congr. Ep. 27. Maij 1603.
- 2 Neque erigantur sine consensu Ordinarij. *ead. 13. Septembr. 1583.*
- 3 Neque sine speciali sedis Apostolicae induit. *ead. 10. Aprilis 1615.*
- 4 Neque erigantur, nisi in locis muro cinctis, & vbi copia confessariorum adest, aut facultates conducendi confessarium aliunde, *eadem. 13. Sept. 1583.*
- 5 Multiplicatio monasteriorum eviteretur in ijs locis, in quibus iam erecta laborant inopia. *eadem ibid.*
- 6 Prope monasteria tollantur omnes arbores altae. *eadem 13. Aug. 1585.*
- 7 Portæ duæ tantum concedantur, una iumentis, & vehiculis, altera alijs viibus. *Prou. 4.*
- 8 Duabus clauibus vnaquæque claudatur, altera apud Præfectam, altera apud antiquiorem professione. *ibid.*
- 9 Si expedire videatur, addatur vectis ab exteriori parte, clave commissa vito fideli. *Prou. 6.*
- 10 Tres rotæ, aut quatuor ad summum, ad ianuam, in collocutorio, in Ecclesia pro sacræ vestibus, & prope sedem confessionalem. *Prou. 4.*
- 11 Rota, quæ in Ecclesia, binas valvas lignæas habeat, interiores cum clave apud Præfectam, exteriores cum clave apud Capellatum seruanda, siue alium, iudicio superioris. *ibid.*
- 12 In collocutorio nullo modo sit porta, per quam aditus sit in monasterium. Congr. Episcop. 12. Octob. 1592.
- 13 Ostium collocutorij interius sit semper clausum, eiusque clavis sit apud antiquiorem eatum, quæ Ausculatrices dicuntur. *Prou. 1.*
- 14 Duo ferrei cancelli construantur ibi, qui saltem palmo distent, alter ab altero. *ibidem.*
- 15 Intimo cancello versus Moniales ferrea lamina appingatur, immobilis, cui